

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschieden] 1559**

Scena Prima.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

A N D R I A

Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis

De Glycerio . iam ferme moriens me uocat :

Accessi : uos semotæ : nos soli : incipit :

Mi Pamphile , huius formam , atque ætatem uides : B.

Nec clam te est , quàm illi utræque res inutiles

Et ad pudicitiam , & tutandam ad rem sient .

Quòd ego per hanc te dextram oro , & genium tuum ,

Per tuam fidem , perq; huius solitudinem B.

Te obtestor , ne abs te hanc segreges , neu deseras ,

Si te in germani fratris dilexi loco ,

Sine hæc te solum semper fecit maxumi , C.

Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus .

Te isti uirum do , amicum , tutorem , patrem :

Bona nostra hæc tibi committo , & tuæ mando fidei .

Hanc mi in manum dat : mors continuo ipsam occupat .

Accepi : acceptam seruabo . M. ita spero quidem .

P. sed cur tu ab illa ? M. obstetricem accerso . P. prospera . C.

Atque audin' ? uerbum unum caue de nuptijs ,

Ne ad morbum hoc etiam . M. teneo .

ACTVS SECVNDI SCENĀ PRIMA .

CHARINVS, BYRRHIA, PAMPHILVS .

Vid ais Byrrhia ?

q Datur illa Pamphilo hodie nuptum ? B. sic .  
est . C. qui scis Byrrhia ?

B. Apud forum modo de Dauo audini . C. uæ uæ misero .  
mihi .

Vt animus in spe , atque in timore usque antehac ata .  
tentus

tentus fuit,

Ita, postquam adempta spes est, lassus, cura confectus  
stupet.

B. Quæso adepol Charine, quoniam id fieri, quod uis,  
non potest,  
velis id, quod possit. C. nihil aliud, nisi Philumenam,  
uolo.

B. Ah, quanto satius est, id operam te dare,  
Istum qui amorem ex animo amoveas, quàm id loqui,  
Quo magis libido frustra incendatur tua.

C. Facile omnes, cum ualemus, recta consilia ægrotis  
damus.

Tu si hic sis, aliter sentias. B. age age, ut lubet. C.  
sed Pamphilum

Video. omnia experiri certum est prius, quàm pereo.

B. quid hic agit?

C. Ipsum hunc orabo: huic supplicabo; amorem huic  
narrabo meum:

Credo, impetrabo, ut aliquot saltè nuptijs prodat dies.

Interea fiet aliquid, spero. B. id aliquid nihil est. C.

Byrrhia,

Quid tibi uidetur? a deon' ad eum? B. quid ni? si ni-  
hil impetres,

Vt te arbitretur sibi paratum moechum, si illam du-  
xerit.

Abi hinc, abi in malam crucem cum suspicione istac,  
scelus.

Charinum uideo, salue. C. o salue Pamphile:

Ad te aduenio, spem, salutè, auxiliũ, consiliũ expetès.

Neque pol consili locum habeo, neque auxiliũ copiam.

sed

A N D R I A

Sed istuc quid nam est? C. hodie uxorem ducis? P.  
aiunt. C. Pamphile,  
Si id facis, hodie postremum ne uides. P. quid ita?  
C. hei mihi,  
Vereor dicere: huic dic quæso Byrrhia. B. ego dicam. D.  
P. quid est?  
Sponsam hic tuam amat. P. næ iste haud mecum sen-  
tit. e hodie dic mihi,  
Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Carine? C. ab  
Pamphile,  
Nil. P. quàm uellem. C. nunc te per amicitiam, & D.  
per amorem obsecro,  
Principio ut ne ducas. P. dabo equidem operam. C. sed C.  
si id non potes,  
Aut tibi nuptiæ hæ sunt cordi. P. cordi? C. saltem alie  
quot dies  
Profer, dum proficiscor aliquò, ne uideam. P. audi D.  
nunc iam:  
Ego Carine neutiquam officium esse liberi puto,  
Cum is nil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.  
Nuptias effugere ego istas malo, quàm tu adipiscier. P.  
C. Reddidisti animum. P. nunc si quid potes aut tu, aut  
hic Byrrhia. C.  
Facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi:  
Ego id agam, mihi qui ne detur. C. sat habeo. P. Da- P.  
uum optume  
Video. huius consilio fretus sum. C. at tu hercle haud  
quidquam mihi,  
Nisi ea, quæ nihil opu' sunt sciri. fugin' hinc? B. ego P.  
uero ac lubens.

ACTVS

## ACTVS SECVNDI SCENA II.

DAVVS, CHARINVS, PAMPHILVS.

D. I boni, boni quid porto? sed ubi inueniam  
d Pamphilum,  
Ut metum, in quo nunc est, adimam, atque  
expleam animum gaudio?

C. Letus est, nescio quid. P. nihil est. nondum hæc rescia-  
uit mala.

D. Quem ego nunc credo; si iam audierit sibi paratas nu-  
ptias,

C. Audin' tu illum? D. toto me oppido exanimatum quæ-  
rere.

sed ubi quæram? aut quò nunc primum intendam? C.  
cessas alloqui?

D. Abeo. P. Daue ades, resiste. D. quis homo est, qui me?  
o Pamphile,

Te ipsum quæro. euge o Charine: ambo opportune: uos.  
uolo.

P. Daue, perij. D. quin tu hoc audi. P. interij. D. quid ti  
meas, scio.

C. Mea quidem hercle in dubio uita est. D. & tu quid,  
scio.

P. Nuptiæ mihi. D. & id scio. P. hodie. D. obtundis, ta-  
met si intelligo.

Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas. C. rem  
tenes.

P. Istuc ipsum. D. atque istuc ipsum, nil pericli est: me  
uide.

B

P. Obsacro